altare cum tribus tuellis tria ſuperpellicia:
vnum rochetum: crucē proceſſionalē: crucem
pro mortuis: thurribulū: lucernā: ⁊ intinabulū
ad gerēdū corpis xp̄i honeſtū: velū quadrage-
ſimale: crucem ad deferendum coram proceſſi
one: vexilla p̄ ragatiōib⁹: cāpanis cū cordis:
feratrum pro defunctis: vas pro aqua bene-
dicta: oſculatoriū

candelabrū p cereo paschali: fontez cū seruta: ymaginationes in ecclesia imaginē principalē in cācello clausurā cimiterii repationē nauis ecclesie interi9 ⁊ exteri9 tam in imaginib9 q̄ fenestris vitreis: repationē libroz ⁊ vestimentoz q̄cunqz cōtigerit eisdē repationibus indigere. Cetera autē omnia tam in repatiōe cancelli q̄ in aliis hic nō expressis scōm diuersas consuetudines approbatas a locoz: rectoribus ⁊ vicariis ad quos ptinent habēt in omnibus repare sumptibus eorūdem.

Statuimus q̄ nulla inquisitio sup defectib9 domoz aut alioz ad ecclesiasticum beneficiū spectanciū de cetero faciēdo valeat in alternis p̄iudiciū nisi fiat p viros fidedignos in forma iuris iuratos ipo ad hoc cuius interest integrā ⁊ verā estimationē defectuz in domib9 ⁊ aliis ad beneficia ecclesiastica spectātib9 repatoriū siue p inq̄sitionē vel viā com-

positionis facta extiterit loci diocesan⁹ repa-
tionē ipor defectui cōuerti faciat infra compe
tētem terminū ipius arbitrio moderādū.

Licet parochiani ꝛ infra. Presentis
l approbatiōe consilii duxim⁹ statuē
dum ꝙ tam religiosi ꝙ alii quicunq;
possessiones aut predia seu reddit⁹ que de gle
ba reficiendar ecclesiar seu dote nō existunt
in quibuscūq; parochijs nostre prouincie obtinē
tes seu imposterū habituri in ipis degentes vel
alibi ad queuis onera parochianos ipos ipoꝝ
ecclesia ac ornamēta eiusdē cōcernētia et eis in
his de iure vel cōsuetudine incūbencia cōside-
ratis possessionū ꝛ redditui hmōi quātitatib⁹
cum ceteris parochianis ecclesiar predictaruꝝ
quotiēs opus fuerit cōtribuere teneant. Ad ꝙ
cū necesse fuerit cēsuris ecclesiasticis ꝛ aliis iu
ris remedijs per locorum ordinarios compel-
lantur.

De immunitate ecclesie

Dero ꝛ infra. Statuim⁹ vt qui talib⁹ alimenta impedierint ministra secūdū arbitriū ordinarior̄ p censurā eccl̄esiasticā arceantur. Cōfugentesq; hmōi ab ecclesia vel cimiterio vel post abiurationē terre a via publica extrahentes vel extractos taliter occidentes: cū sub ecclesiastica protectiōe ꝙsistant omnibus penis sacrilegii pcellan t vna reliquā minime ꝙsumēte. In ecclesia vero vel cimiterio nō fiat custodia ꝙfugientū ad eandē. Dō sisecus p̄sumptū fuerit tā custodes q̄ ꝯ eos apposuerūt in forma iuris p excōicationis sentēciā arceant. Illos quoq; tantū modo tueat ecclesia quos canones p̄cipiūt esse tuendos.

Cinuadentib⁹ bona ecclesiastica ꝛ
B ecclesiasticas libertates infringētib⁹ ꝛ pturbantib⁹ obuiet proinde. Duximus statuendū q̄ hmōi malefactores sa

crilegi ⁊ excõmunicati p locoꝝ ordinarios nũ
cientur. Et si in sua ꝙtumacia p vnũ mensẽ
pseuerauerit tunc terre sue ⁊ loca in quib⁹ cõ-
morantur supponãtur ecclesiastico interdicto:
⁊ neutra relaxetur sñia donec de dampnis ⁊ in
iuriis satisfecerint ꝙpetẽter. Et si q̃ diuino non
deferẽtes honoꝛi ecclesiã possessionib⁹ aut li-
bertatib⁹ spoliauerit penis subiaceãt supradi
ctis ⁊ i ipos vsq; ad plene satisfactionẽ ⁊ resti
tutionẽ cõdignã in forma iuris excõicationis
sñia solenniter proferatur. Et si idẽ sacrilegi
faciãt iudices aut ꝑlatos propter hoc attachia
ri ⁊ distringi tam ipi ꝙ distringentes penis in
attachiatoꝛes ⁊ districtoꝛes editis feriantur

Stratforde.

ACcidit aliquãdo ꝙ dño rege ecclesia
rum cathedraliũ vel cõuentualiũ cu-
stodiã obtinẽte ei secũdum cartã libertatũ ab

eodē domino rege ⁊ suis p̄decessoribus ecclesie cōcessam tantūdē rōnales exit⁹ capere debeat ac rōnabilia seruicia ⁊ hoc sine districtiōe hominū ⁊ vastatiōe rerū. Ballliui tñ ei⁹ p̄ tallias imoderatas ⁊ bona tenenciū vacātis ecclesie auferunt violenter parcos nemora ⁊ vinaria destruūt domos ꝯsumere festināt ⁊ dissipant bona pauperes maletractant: ⁊ nō soluz ad ea q̄ rōne custodie obtinere ꝯsueuerat manus extendāt sed etiā ad bona superstitum vt blada ⁊ instaura ⁊ alia quib⁹ capitula ⁊ quētus sustentari deberent: ⁊ alia q̄ rōne baronis ad ip̄m spectare nō p̄nt viz decimas ⁊ oblationes ad ecclesias ep̄atib⁹ seu monasteriis appropriatas spectātes ⁊ ptinētes ⁊ alia similia occupare p̄sumūt. ¶ Vt igitur hinc morbo occurratur ordinam⁹ q̄ statim cum eychaetores ⁊ balliui regis hmōi custodes egressi fuerīt prelati qui iurisdictioni p̄sunt publice ⁊ solēniter

interdicāt sub pena excōicationis dictis ballivis omnibus in genere ne talia attēptare presumāt. ¶ Qđ si cōtra fecerint denūcient eos in sniam excōmunicationis latā inuiolatores & pturbatores ecclesiastice libertatis incidisse: donec de damnis & iniuriis satisfecerint cōpetenter: Quā sniam post denūciationē hmōi si qtempserint contra eos pcedatur p interdicta & alias penas cōtra iniuriantes hmōi ordinatas. Et nisi dominꝰ rex sup hoc montꝰ competēter restituerint seu restitui fecerit sic oblata: & dampna resarcierit vel resarciari fecerit per suos illata pcedatur contra eum sicut in aliis casibꝰ regem tangentibus ē statutū. Et eadez que de rege & eius ministris superiꝰ ordinātur in aliis dominis inferioribꝰ & eoꝝ ministris si forsan ad eos custodia hmōi ptineat: Volumꝰ obseruari.

a Cidit nouitate puersa q̄ aī de moꝝ

disciplina p̄ccatis ⁊ excessib⁹ subditorū nitun
tur inquirere magnates ⁊ ptātes ⁊ alii secula-
res officia impedire molētes eor̄ inhibēt laicis
ipor̄ tenentib⁹ aut natiuis ne ad ordinariorū
citatiōes pro suor̄ criminū vel excessuū correc
tionib⁹ canonice subeūdis quorū correctio ⁊
punitio ad ipos ordinarios noscit pertinere de
iure vel ꝙsuetudine: aut testamētor̄ insinua-
tionib⁹ p̄bationib⁹ aut calculis de bonis defū
ctor̄ admnistratis p̄ eos seu ꝙpotes ⁊ aliis te
stamētariis iuribus extra locum sui domicilii
veniāt vel cōpareant coram eis. Et ne in locis
sui dominii p̄ prelatos exerceant p̄missa im-
pediūt, vel procurāt impedire neḡter sibiq; sup
plis iurisdictionē vsurpant. Alii p̄terea viros
ecclesiasticos iurisdictionē suā exercētes ⁊ su
is subditis p̄ eor̄ culpis ⁊ excessib⁹ pnias cor
porales seu pecuniarias imponētes ac ipos fa
cere cogentes easdem sicut ordinariis ipis licet

aut p penitētiis corpalibus iuxta modū exceſ ſuū ſuoꝝ impoſitis redēptiones pecuniarias: put iuſte poterūt admittētes de ꝛ ſup extorſio nibus exceſſibus indictāt: ſic ꝙ indictatores at tachiāt ꝛ incarcerāt: ac ſup his in foro ſeculari eos ſibi rīdere cōpellunt. Quibus multas pe cuniarias ea occaſione in dicto foro ſeculari i poni procurant ꝛ faciūt indebite pro libito vo luntatis. Frequēter ꝛ multi cū turmis ꝛ ſtrepi tu ad iudicia cōcurrūt eccleſiaſtica ac iudices li tigātes ſeu habētes ibidē alia expedire grauī ter ſic exterrēt ꝙ eccleſiaſtica cōfunditur iuriſ dictio ꝛ opprobrioſe officiū prelatoꝝ ſuſpendit ꝛ nequiter impeditur: ac in culpā facile homi nes corruūt dum pena nō reprimit tranſgreſſo res īpunitatē ſibi penalē nutriunt ꝛ antiq̄ ho ſtis inſidiis: leuē auditū reparāt ꝛ frequentem Alii ſiquidē multos pro eo ꝙ cauſas ꝛ nego cia in foro eccleſiaſtico de iure vel ꝙſuetudine

pertractãda ibidẽ ꝙtra aduersarios suos mo-
uẽt: necnõ aduocatos postulantes pro eis ꝛ ꝓ-
curatores alios ꝙz mnistros ꝛ ecclesiasticos in
dices cognoscẽtes sup̃ his indictari ꝛ attachia-
ri carceriꝙz mancipari ꝛ alias in foro seculari
multipliciter fatigari facit̃ ꝛ procurãt suisꝙz
tenẽtib9 ꝛ aliis ad forũ ecclesiasticũ pro causis
seu negocijs in ipo de cõsuetudine vel de iure
tractãdũ recurrentib9 si nõ desistãt ꝛ in foro se
culari litigẽt sup̃ his imponũt sepissime gra-
ues multas: ipsoꝙz affligunt ꝛ vexant inuste
multimodis laboub9 ꝛ expensis Alii vero epi
scopos archidiaconos ꝛ eoꝝ officiales iurisdic-
tionẽ suã in ciuitatibus seu locis aliis eis sub
iectis debite exercere volẽtes: qñ de ꝛ super his
que spectãt notorie ad eosdez seu pro exercicio
iurisdictiõis ecclesiastice mãdata sua licita et
canonica destinãtes executioneſqz eoꝝ debite
faciendas impediũt vel impedire procurant:

ministe ac nuncios mãdata hmõi deferentes ⁊ facere debitas executiões volẽtes capere verberari ⁊ male ptractare iniuriose psumũt Quidã etiã dñi tẽporales ⁊ eor̃ ballyui bona deceden tiũ ab intestato in suis districtibus ad ipos dominos ptendentes fore q̃ius erronie devoluta ne p ordinarios hmõi bona p debitor̃ solutõe sic decedẽciũ ac in pios vsus pro ipor̃ aiarum salute cõvertendũ vtiliter put̃ ꝯsensu regio et magnatũ regni anglie tanq̃ pro iure ecclesiastica q̃ libertate ab olim extitit ordinatũ impediunt in derogationẽ ecclesiastice libertatis iurisq̃ ⁊ iurisdictiõis ecclesiasticor̃ impedimẽtũ ⁊ lesionẽ enormẽ. Nos aũt pñtis deliberatiõe consilii omnes ⁊ singulos in pmissis vel eor̃ aliquib⁹ delinquẽtes seu pmissa vel eor̃ aliqua facientes ꝯsensũ ad ea dantes ꝯsiliũ auxiliũ vel favorẽ aut ea vel eor̃ aliqua in suis facta negociis seu nominib⁹ eor̃dẽ rata vel

accepta habētes sacro hoc approbante concilio pnunciam⁹ maioris excōicatiōis sñia innodari: quor absolutionē diocesanis locor specialiter reseruam⁹. Et delinquētes hmōi quater annis in cūctis ecclesiis parochialib⁹ nostre Cantuarien. pincie excōicatos in genere precipimus publice nūciari.

Seculi principes plātez recipiētes a deo q ecclesie sacerdotes supbor ceruicib⁹ imponere nequeunt solent ab ipis terrore disciplīne sue plātis gladio extorquere: Vnde benerāda tradit antiquitas ꝛ si excōicati humilitatis gratiā ꝛ reconciliatiōis affectū aio indurato arroganter abūciāt inuocata regia plās in auxiliū tenetur ex debito rigore seueritatis rebelles hmōi cōpescere custodia carcerali. Sed qtingit interdū q excōicatis etiā pro manifestis offensis ad significatōez prelator pui

consuetudo regni Anglie obtinet captis ꝛ car
ceri mancipatis per breue regiuꝫ demādatur.
episcopis ꝙ si sic capti de standō mandatis ec
clesie ꝛ parendo iuri cautionem exhibeāt ip
sos a quibus detinentur carceribus facāt li
berari. Alioquin si episcopi hoc non fecerint si
cut ante debitam satisfactionem non possunt
nec de iure tenentur Vicecomitibus aliud bre
ue dirigatur: ꝙ cautionem huiusmodi accepta
eos liberet indilate.

¶ Suggestio insuper regie curie licet minus
veraciter pro tali excōicato incarcerato ꝙ ipse
paratus est mandatis ecclesie obedire manda
tur Vicecomitibus. Vt incarceratum huiusmo
di vel partium ad quarum instanciam excō
municatur nō habita mentione a carcere libe
rent ac dimittent. Et qñq; Vt pr⁹ suggestio ꝙ
excōicati in carcerati pro tali cā que ad forum
ecclesiasticū nō ptinet excōicationi innodatur

Datur vicecomitib⁹ in preceptis q̄ si pro causa hm̄oi ⁊ nō alia excōmunicati ⁊ incarcerati fuerint ipos cureṫ celeriter liberare nec pcessibus iudicū ecclesiasticoꝝ sup cā excōmunicationis hm̄oi fides aliqua adhibeaṫ: sed sic excō municati in supradictis casibus adm andata ⁊ p̄cepta huiusmodi i debite liberēṫ propter ecclesiasticoꝝ iudicū confunditur officiū dū laici claue ptātis ⁊ scientie penitus destituti quos sic tenet obsequendi necessitas qd̄ de his q̄ ad iurisdictionē ecclesiasticā ptinēt ipis cognoscendi vel imparādi phibetur auctoritas falsem i messem nitūtur mittere alienā excōicatorum qz sic liberatoꝝ indebite cōione nephanda taz vicecomites ⁊ balliui liberātes eosdē q̄ ceteri populares varijqz fideles ꝯmunicates cuz excommunicatis pestifere maculantur ⁊ aiarū inde grauia pericula cumulātur. Contra q̄ p uidere zelantes statuim⁹ q̄ excōicati sic capti

in nostra prouincia sic exeuntes a carcere qtra libertates ꝛ qsuetudines ecclesie anglicane ad ipor maiorē qfusionē ꝛ ruborē solenniter i locis insignib⁹ pulsatis cāpanis: cādelis accensis excōmunicati publice denūciētur: ac ipor⁹ qmercū ad eor qmodū ꝛ fideliū communio inhibeatur oīno. Communicātes qr cū eisdem illicite censura ecclesiastica sine deletu acriter puniantur.

QVia diuinis ꝛ seculi legib⁹ prohibetur: ne de rebus ecclesiasticis disponēdi laicis sic facultas vsurpatiōis illi⁹ qtumelia longe nosatur depellenda: qr quidā nostre prouincie ecclesiar⁹ parochialū sue ptātis ignorantes terminos limitatos seu errogāter potius non seruantes: arbores ac herbas in ecclesiaru⁹ ac capellar⁹ nostre prouincie cimiterii crescentes: sue voluntatis arbitrio prosternētes ac euellentes seu metētes pter ꝛ contra volūtates rector⁹

vicariorꝫ eccleſiarꝫ aut capellarū hmōi ſeu cuſtodiū deputatorꝫ per ipſos eas ſuis aut eccleſiarū vel aliorū vſibus auſu ſacrilege applicant indiſcrete vnde animarꝫ pericula ꝙtentiones ⁊ ſcandala grauia inter eccleſiarū prelatos ⁊ parochianos eorꝫ quaſi cuſtodie ſuſcitant. Preſentis auctoritate cōſilii declaramus temerarios hmōi ꝙtēptores maioris excōicatiōis ſētēcias latis tam in ꝙſtitutione Octoboni: quādā apoſtolice ſedis legati in anglia que incipit ſic. Ad tutelā promulgata ꝙ in ꝙſilio Dyoñ. contra violatores eccleſiaſtice libertatis exiſtere inuiolatos. Duos incontinenti poſt vſurpationem in his de cetero factā illicite excōicatos fore p̄cipim⁹ rite ⁊ canonica publice nūciari p rectores aut vicarios q̄ eccleſias ſuas offenſas cenſerunt ex premiſſis ac vſurpatores predictos in eorum confuſionem ⁊ ruborem a cōmunione fidelium decernimus repellendas donec ꝙ

premissis effectualem emendā offerant ꝛ fece-
runt competentem.

SCiatis ꝙ cum dudum ꝛ infra. Placet domino regi ne districtiones de cetero fiant in feudo ecclesie nec in via regia nec i fū dis quibus olim ecclesie dotate fuerūt in pos-sessionibus tamen a personis ecclesiasticis p-questis possunt fieri districtiones p̄dicte.

¶Item clericus pro felonia fugiēs ad eccle-siam pro immunitate habenda asserens se eē clericū nō ꝙpellitur abiurare sed legi regni se reddens gaudebit ecclesiastica libertate :iuxta laudabilem consuetudinem regni hactenus vi sitatam. Item appellatori in forma debita tā quā clerico per ordinarium petito libertatis ec clesiastice beneficium non negatur.

Ne clerici vel monachi.

Quum viris religiosis ⁊ infra. Vt nec monachus vel canonicꝰ regularis ecclesiam manerii prediti vel qdcunqz aliqd ecclesie sue audeat ad firmā retinere. Districtiꝰ etiam inhibemꝰ ne alicui monacho vel canonico regulari qui non sit alias obediēcialis custodia manerii cōmittat: ita qꝫ ex ipius longa mora: vel cōuersatione scādalū oriatur. Mōd si cōtra p̄sumptū fuerit p superiorē emendet. Itē viri religiosi nō capiāt ecclesiā ad firmā in qua sibi aliquid iuris vendicāt saltē post mortē persone. Mōd si fecerint supioris arbitrio puniant

Resenti decreto statuimꝰ ne clerici beneficiati aut in sacris ordinibꝰ constituti villarꝫ p̄curatores admittantur vicz vt sint seneschalli aut baliui taliū administrationū occasione quarꝫ laicis in reddēdis racionibus obligētur: nec iurisdictiōes exerceant seculares: p̄sertim illas quibꝰ iudiciū sangui-

nis est annexū. His quoqz duxim⁹ adiūgēdū ne similiter iudiciū sanguinis in locis sacris tractet in ecclesia: vicz vel cimiterio: hmōi aūt auctoritate quoq; consilio d istricti⁹ inhibemus ne quis clericus beneficiat⁹ vel in sacris ordinibus cōstitut⁹ litteras p pena sanguinis infligenda scribere vel dictare presumat vel vbi iudiciū sanguinis tractat vel exercetur interfit. Nouerint enim hmōi se ecclesiastica protectione indignos cū per eos ecclesia dei p talia presumpta scādalum generetur.

¶ Explicit liber tercius.

¶ Incipit liber quartus.

De sponsalibus ꝛ matrimoniis.

Matrimoniū sicut alia sacra cum honore ꝛ reuerētia de die ꝛ i facie ecclesie nō cū risu ꝛ ioco ac cōtemptu celebretur. In matrimonio vero cōtrahēda semp tribus diebus dominicis vel festiuis a se distantib⁹ q̄si edictis

tribus ꝓquirāt sacerdotes a populo sub pena excōicationis de legitimatiōe sponsi vel spon se. Si quis aūt sacerdotum huiusmodi edictū nō seruauerit penā nuper in consilio sup hoc statutā nō euadat prohibeant etiam presbyteri frequēter matrimoniū ꝙtrahere volentibus sub pena excōicationis ne dent sibi fidem mutuo de matrimonio contrahendo nisi loco celebri coram publicis ⁊ pluribus personis ad hoc cōuocatis.

De desponsatione impuberū.

Vbi non est ꝙsensus vtriusqz nō est coniugum. Igitur qui pueris dant puellas in cunabilis nihil faciūt nisi vterqz puerorum postꝙ venerint ad tempꝰ discretionis cōsenciant. Huiusmodi autem decreti auctoritate inhibemus ne de cetero aliqui quorum vterqz vel alter ad etatem in legibus constitutam: et canonibus determinatā nō puenerit cōiugātur

nisi vrgente necessitate pro bono pacis talis cō iunctio tolleret.

De clādestina desponsatiōe.

QVia ex ꝙtractibus matrimonialibus: absq; bānorum editiōe prehabita initis nō nulla pericula eueniūt: & manifestū est iudeis prouenire. Omnibus & singulis suffraganeis nr̄is p̄cipim⁹ statuēdo ꝙ decretalē Cū inhibitio: i q̄ ꝓhibet ne ꝙ mr̄imoniū ꝙtrahāt bānis nō editis siue nō p̄missis i singulis prochialib⁹ eccl̄esiis dioc̄esis plurib⁹ dieb⁹ solēnib⁹ cū maior populi affluerit multitudo exponi faciant i vulgari: ipaq; faciūt firmiter obseruari: q̄busuis sacerdotib⁹ etiā nō prochialib⁹ ꝙ ꝙtractib⁹ mr̄imoialib⁹ aūt solēnē editionē bānor̄ i itis p̄sumpserint interesse penam suspensionis ab officio per triēnium infligendum: & huiusmodi ꝙtrahētes etiā si nullū subsit impedimētum pena debita percellendum.

¶ Quinis etiā sacerdos siue secularis siue regularis extiterit q̄ solēnizationē matrimonii extra ecclesiā parochialē absq; ep̄i diocesani speciali licēcia celebrare presumpserit: aut eid interesse ip̄o facto p̄ annū integrum ab officio sit suspensus

Romana cōcupiscētia ⁊ infra. Presentis auctoritate consilii statuim⁹ q̄ ex nunc matrimonia ⁊ trahētes ⁊ ea inter se solēnizare facientes quecūq; impedimēta canonica i ea pte scientes aut presūptionē habentes veri similē eorūdē. Sacerdotes quoq; qui solennizationes matrimoniorū ꝓhibitorū huiusmodi seu etiā licitorum inter alios q̄ suos parochianos imposterū facientes scienter nisi diocesanorū ⁊ curatorū cōtrahentiū licentiā super hoc habuerit specialem. Clādestina etiā matrimonia in ecclesiis oratoriis vel capellis solennizari vi vel metu imposterū facientes ac matrimonio

rum predictor huiusmodi solēnizationi inter-
essentes conscii pmissorū maioris excōmunica
tionis sn̄iam incurrāt ipo facto ⁊ quater singu
lis annis in genere excōicati publice nuncient
Penis quoq; aliis cōtra celebrātes matrimo-
nia bānis nō editis vel alias clandestine statu
tis a iure nihilomin⁹ arceant. Sane q; consti
tutio bone memorie Symonis mephā quon-
dam Cantuarien. archiepi pdecessoris nri pro-
xima qui sic incipit. Item quia ex cōtractibus
iuxta suor verbor corticem opinione multor
in sui fine videtur dubia seu obscura ipsā cō-
stitutionē reddere pro futuro cupiētes indubiā
eā sic intelligendū fore hoc approbāte cōsilio
declaramus q; quivis sacerdos secularis vel
regularis: qui solēnizationi matrimonii extra
parochialē ecclesiā vel capellam habentē iu-
ra prochialia sibi opetētia ab antiquo itere sse
presumpserit penā i eā latā subeat ipo facto.

Explicat liber quartus.
Incipit liber quintus.
De accusationibus.

Sint in quolibet decanatu duo vel tres viri pre oculis habētes q̄ excessus publicos prelatorū et aliorū clericorum ad mādata archidiaconi vel eius officialis ipis denūcient

De simonia.

Firmiter inhibemus ne cuiq̄ pro aliqua pecunia deneget sepultura vel baptismus vel aliqd sacramentū ecclesiasticum: vel etiā matrimoniū cōtrahēdū impediat. Nūm si quid pia deuocione fidelium consuetum fuerit erogari super hoc: Postmodū volumus per ordinariū loci ecclesie iusticiam exhiberi sicut in generali cōcilio exp̄ssius ē statutū. Absonū etiā iudicamus q̄ de cetero p̄ crismate et oleo qd exigatur vel erogatur cum cociens hoc prohibitū

reperiatur. ¶ Si quis vero contra hec facere presumpserit anathema sit innodatus.

Preterea statuimus consilio generali p approbante vt nullus de cetero pro receptione alicuius in religionis domū pecuniam vel quicq̄ aliud extorquere presumat: adeo vt si pro paupertate domus ingrediens debeat vestire seipm pretextu vestiū vltra iustum precium earum ab eo nihil penit⁹ exigatur.

Preterea venalitatē missarum districte inhibentes precipimus ne pro annualibus vel trianalibus missarum faciendis laici vel alii quicq̄ dare vel legare in testamēto presumant. Et ne super hoc aliqua paccio vel actio vera vel sub aliq̄ specie palliata a sacerdotib⁹ vel aliis mediatorib⁹ fiat ꝓhibemus: ⁊ ne superflua multitudine talium ānaliū qñq;

ſe onerent ſacerdotes ad que expleñda honeſte ſufficere nō poſſūt: propter q̄ oportet ipſos ſub certo precio cōducticios habere ſacerdotes Vel ea vendere aliis faciēda Vel ſe exonerent id de cetero fieri ſub pena ſuſpēſiōis p̄hibem⁹.

n Vlli liceat eccleſia⁹ noie dotalitatis ad aliquē trāferre Vel pro p̄ſtatione alicui⁹ perſone pecuniā Vel aliqd̄ aliud emolimentū pactione interueniēte recipere Quia ſi quis fecerit & in iure cōuictus fuerit: Vel cōfeſſus ip̄m tam regia tā noſtra freti auctoritate patronatu eiuſdem eccleſie in ꝑpetuū priuari ſtatuimus.

¶ Ne prelati vices ſuas Vel eccleſias. ꝛc.

v Omnes cupiditatis & auaricie cultus expellatur ab eccleſie dei miſtris Statuimus Vt archidiaconatus Vel decanatus Vel aliqd̄ officiū qd̄ in ſpūalib⁹ mere cōſiſtit: nulli detur ad firmā. Si vero certi⁹

redditus hinc officio annexus ille de superioris licentia possit ad firmā dare sicut inferius de aliis beneficiis ē statutū. Si quis vero contra presens statutū nostrū venire p̄sumpserit archidiaconus vel decan⁹ hmōi ve officiū habēs ꝛ sup hoc canonice fuerit quictus p epm suum a tali beneficio suspēdat per ānū ꝛ alius interim q̄stituat qui discrete gerat vices suas.

De magistris.

Reuerendissime synodo ꝛ infra. Similiter q̄d q̄ nouā testa capit inuetera ta sapit. Statuim⁹ ꝛ ordinamus q̄ magistri siue q̄cunq; docētes puerōs seu alios quoscūq; in primitiuis sciencijs instruētes de fide catholica sacro altaris seu aliis sacramētis ecclesie: aut materia aliqua theologica extra determinata per ecclesiā se nullatenus intromittāt istruendo eosdē. Nec de expositiōe sacre scripture: nisi in exponēdo textū put antiq̄tus fieri con-

ſuenit. Nec pmittant ſcolares ſuos ſiue diſcipulos publice diſputare de fide catholica: ſeu ſacramẽtis etiam vel occulte. Cõtrariũ autez faciens vel fautor errorũ vel ſciſmatũ p loci ordinarii grauiter puniatur.

QVia inſup noua via frequẽcius ſeducit q̃ antiqua. Volum⁹ ⁊ ordinam⁹ q̃ nullus libellus ſiue tractat⁹ p iohannem wyclef: aut aliũ quẽcunqz tempore ſuo vel alia nouiter cõpoſitus ſiue impoſterũ cõponendus ãmodo legat: i ſcolis: aulis: hoſpitiis: ſiue aliis locis quibuſcũqz infra noſtrã prouinciam antedictã ſiue ſecũdũ ipſum doceatur: ſiue p vniuerſitatem Oxonien. aut Cantubrigien. ſeu ſaltẽ per duodecim perſonas ex eiſdez quas eedẽ vniuerſitates aut altera earũdem ſub noſtra ſucceſſorum ve noſtrorũz diſcretione laudabili duxerint eligẽdas primitus examinet. Et examinatus vnanimiter p eoſdem demuz

per nos seu successores nostros expresse appro
betur: ꝛ Vniuersitatis nomine aut auctoritate
stacionariis tradatur Vt capiatur ꝛ facta collā
tione fidele petentibus vendatur iusto precio:
siue detur originali in cista aliqua Vniuersita-
tis extunc perpetuo remanenti.

¶ Si quis libellum aut tractatum huius
modi in scolis aut alibi Vt supra legerit siue se
audiū ipsū docuerit cōtra formā supradictaz Vt
seminator scismatis aut fautor hereseos punia-
tur prout delicti qualitas flagitabit.

Periculosa quoqz res testāte beato Hie-
ronymo est textum sacre scripture de
vno ydiomate in aliud transferre eo qꝫ ipsis
translationibus non de facili idem sensus in
omnibus retinetur: prout idem beatus Hiero-
nymus et si inspiratus fuisset in hoc sepius fa
tetur errasse.

¶ Statuim⁹ igitur ⁊ ordinam⁹ vt nemo de⁊ inceps aliquē textū sacre scripture auctoritate sua in linguā anglicanā vel alia⁊ transferat ꝑ viā libri aut libelli aut tractat⁹ nec legatur aliqs hmōi liber libellus aut tractat⁹ iā nouiter in tempore dicti Johānis Wycleff: vel citra qvosit⁹ aut iposterū cōponēdus in pte vel i toto publice vel occulte sub pena maioris excōmunicatiōis quousqz ꝑ loci dioceſanum seu si res exigerit ꝑ cōsiliū prouinciale ipa trāſlatio fuerit approbata. Qui vero contra hoc fecerit vt fautor hereſis ⁊ errorū ſimiliter puniat

p Retetea cum terminis philoſophicis seu alias humanit⁹ adinuētis cōcludi nō poterit oīm determinator beatus Auguſtin⁹ veras cōcluſiones que religioſoꝝ auribꝫ fuerat offenſione ſepi⁹ reuocauit.

Statuim⁹ ⁊ ſub obteſtatiōe diuini iudicii ſpecialiter mhibem⁹: ne quis vel ꝙ cuiuſcāqz gra

dus aut status aut ꝯditionis existat ꝯclusiões aut ꝓpositiões de fide catholica seu bonis moribus aduerse sonãtes ꝑter necessariã doctrinã facultatis sue: in scolis aut extra disputando aut cõmunicãdo ꝓtestatione ꝑmissa vel nõ ꝑmissa asserat vel ꝓponat: etiã si q̃dam verboꝝ aut terminoꝝ curiositate defendi possint Nam teste beato Hugone de sacramẽtis sepius ꝙ bene dicit nõ bene intelligit. Si q̃s aũt post publicationẽ ꝑsentium hmõi ꝯclusiões aut ꝓpositiones quictus fuerit scienter ꝓposuisse: seu asseruisse nisi monitus se correxerit infra mensẽ auctoritate ꝑsentis ꝯstitutionis sentẽcia maioris excõicationis incurrat ipo facto ⁊ pro excõmunicato publice nuncet donec in loco vbi sic ꝓposuit aut asseruit publice sui delicti fateat ⁊ verũ catholicũ intellectũ eiusdẽ ꝯclusionis seu ꝓpositionis ad arbitrium ordinarii publice ꝑdicauerit in vna ecclesia aut diuersis

prout ipsi ordinario videbitur expedire.

De hereticis.

Reuerendissime synodo: & infra. Statuimus decernim⁹ & ordinam⁹ q̄ nullus secularis aut regularis ad predicādū verbū dei a iure scripto minime auctorisatus priuilegio ve speciali munit⁹ officiū siue exercicū predicationis eiusdē verbi in se assumat populo ve aut clero quouismodo p̄dicet in latino sermone seu vulgari in ecclesia aut extra nisi primo diocesano illius loci i quo predicare se mittit se p̄sentet & examinationē subeat. Sicq; deinde tam moribus q̄ scia repert⁹ fuerit p̄doneus p ipm̄ diocesanū ad predicādū mittatur: ad aliquā certā parochiam vel ad plures prout eidē ordinario scdm q̄litatē p̄sone videatur expediēs. Nec etiā aliqs p̄missor̄ p̄dicare presumat nisi de missione seu auctorizatione sua primo fides fiat in forma cōpetenti. Ita viz

q̄ille qui de iure scripto auctorizatus ē veniat in forma limitata in eo. Et qui de priuilegio speciali venire se asserit ipsū priuilegiū recto ri aut vicario loci vbi predicāt realiter exhibe ant. Qui vero per locorū dioc̄sanos se missos fore p̄tendit ipsius dioc̄sani litteras sub sigil lo suo magno ad hoc sibi confectas similiter ostendāt. Curatum vero ppetuū intelligim⁹ a iure ad locū ꝛ populū cure sue cōmissum.

Si tñ premissorū quisq̄ p̄ter errores aut hereſ ses quos ante predicasse asseruisse aut docuis se p̄tenditur p loci dioc̄sanū alium vel superio rem a predicatione huiusmodi suspensus fue rit siue prohibitus ex tunc a predicādo aliu bi in nostra Cantuarien̄ prouincia antedicta nullatenus se intromittant donec ad ipsius su spendentis siue prohibentis iustum arbitrium defectum suum purgauerit: ꝛ ad predicandū legitime iterū fuerit restitutus.

sup quo litteras testimoniales ipius restituentis ad locū quēcunqz in quo postea predicabat secū deferre: & modo supradicto realiter exhibere teneat. ¶ Sacerdotes vero parochiales seu vicarii temporales & nō perpetui i forma antedicta nō missi in ecclesiis illis in quib⁹ officia hmōi gerūt illa sola, simpliciter p̄dicent vna cū precib⁹ consuetis que in cōstitutione p̄uinciali a bone memorie Johāne predecessore nostro bene & sancte in suppletione ignorancie sacerdotū edita que incipit. Ignorācia sacerdotum. &c continētur expresse: qm̄ in singulis ecclesiis nostre Cantuarien̄. prouincie infra tres menses post publicationē p̄tiū haberi volumus. &c. vt ipa postulat annis & singulis temporibus per ipos sacerdotes effectualiter declarari. Et ne hoc salubre statutū rōne exactiōis pecunie difficultatis vel alteri⁹ tendere videat: Ad noyam volum⁹ & ordinamus q̄ exami-

natio personaꝝ de qua superius fit mentio ac littere diocesane faciende eisdē sine aliquali exactione pecunie per ipos quoꝝ interꝫ ad quos spectare ꝫ pertinere dinoscitur celebriter expediātur ꝫ gratis difficultate quacūqz remota.

Si quis aūt hoc nostrū executiuū antiq̄ iuris statutū post publicationē eiusdē scienter violare presumpserit contra formā in eodē descriptam sua temeritate ppria predicādo sentēciaz maioris excōmunicationis incurrat ipo facto: cui⁹ absolutionē nobis ꝫ successoribue nostris tenore pīncium specialiter reseruam⁹. Ꝺd sip̄dicator hm̄oi salubre hoc statuto q̄tēpto ipamqz maioris excōicationis sn̄iam minime ponderās se secūdo ingesserit p̄dicādo: dicēdo: asserēdo ptinaciter de verbo aut de facto inuendo nō posse p eccleſiā psonas platoꝝ eiusdem sic statim sn̄ia excōicationis predicta p superioreſ locoꝝ aggraueī cōtra eos debite ꝫ inflibeatur

eisdem omnibus cõio ypi fidelñ. Ac super hoc legitime cõuicti nisi resipiscant ꝛ abiurauerit: in forma ecclesie cõsueta p loci ordinarium p hereticis declarẽtur: ꝛ ex tũc p scismaticis ab omnib⁹ reputent ad omnem iuris effectũ here sisq; ꝛ scismatis penas in iure expressas incurrant ipso facto: ꝛ presertim vt bona eorũdem ipso iure censeant ꝙ fiscata ꝛ ab illis quoꝝ interesse occupent. Ipsorumq; fautores ꝛ receptores ꝛ defensores si per superiores suos in hac parte legitime moniti nõ desiuerint infra mẽsem super hoc conuicti simili pena in omnib⁹ percellantur. ¶ Preterea nullus clericus aut populus cuiuscumq; parochie aut loci nostre Cantuarien. prouincie aliquem in ecclesiis: ci miteriis aut aliis locis quibuscumq; ad predicandũ admittat nisi prius de auctoꝛitate sua priuilegio aut missione eiusdem iuxta formã

predictam facta fuerit fides: alioquin ecclesia cimiteriū aut locus quiscunq; in quo sic predicatum fuerit ipo facto subiaceant ecclesiastico interdicto sicq; maneat interdictū quousq; ipi sic admittētes seu predicare pmittētes se ogrue emēdauerint: & p diocesanū seu aliū supiorē; ipsū indictū obtineāt in debita forma iuris relaxari. Insup sicut bonꝰ paterfamilias triticū spergit in terrā ad hoc dispositā vt fructum plus afferat. Volumꝰ & mandamꝰ vt predicator verbi dei veniēs iuxta formā superiꝰ ānotatā in predicādo clero seu populo scdm materiam subiectam se honeste habeat dispergendo semen secūdū conueniencia auditorii clero presertim predicans de diuiciis' pullulantibus inter eos & laicos de peccatis inter eos communiter vsitatis' & non econtra. Alioquin sic p̄ dicans scdm q̄litatē delicti p loci ordinariū canonice & acriter puniantur.

Item quia turpis est ps que nō quēnit
suo toto. decernim⁹ ꝛ ordinam⁹ ꝫ nul
lus hmōi ꝑdicator verbi dei aut alia quis per
sona de sacramēto altaris matrimonio pcōm
ꝓfessione oleo ve quocūqz facto ecclesie seu fi
dei articulo aliquid doceat ꝑdicet aut obseruet:
ꝫ qđ per sanctā matrē ecclesiā repitur discus
sum. Nec vertat in dubiū qđ per ecclesiā deter
minatū fuerit aut decisum: nec verba scādalo
sa circa eadem ꝓferat publice scienter vel oc
culte: neqz sectā aut speciē hereses quācūqz pre
dicet docet vel obseruet ꝙtra sanā doctrinā ec
clesie. Qui aūt ꝙtrarū post publicationē ꝑsen
cū scienter ꝛ ptinaciter attemptare ꝑsumpse
rit excōmunicationis sntiam ipso facto incur
rat a qua excepto mortis articulo minime ab
soluatur nisi abiuratione ꝑmissa de heresi ge
neraliter vel simpliciter in forma ecclesie con
sueta ad arbitriū ordinarii: in cui⁹ territorio cō

uincitur deliquisse se correxerit: ꝛ de hac ꝓmissis priam receperit salutarē. Dō si secūdo se sic ingesserit residuauerit ꝛ relapsus fuerit quictus legitime ꝑ heretico ꝛ relapso ſnialiter declarēt: ꝛ ipius bona pro ꝯfiscatis habeātur: ꝛ ab illis quoꝝ interest occupētur. ¶ Venitē aiā vero de qua fit mentio superiꝰ volumꝰ esse talē. Dō si quis ꝯtrariū determinatis p ecclesiam vicz in decretis decretalibꝰ seu ꝯstitutionibus nostris prouincialibꝰ seu quācūqz heresis speciē siue sectā publice vel occulte docuerit ꝓdicauerit seu asseruerit in ecclesia parochiali: ipsius loci in quo sic predicauerit seu asseruerit vno die dnico vel alio solenni pluribus ve ad ipius ordinarii arbitrium loci prout magis aut minus ꝯuincitur deliꝫsse: ipsaqz predicata docta siue affirmata reuocabit expresse infra missaꝝ solēna cū maioꝛ affuerit populi multitudo ꝛ ipsa determinata p ecclesiā predicabit:

docebit ꝛ recitabit affectualiter ſine fraude vl
teriuſqz puniet̃ iuxta ſui demeriti qualitatẽ
quatinus diſcretioni ordinarii videbitur exp̃e-
diri

11 Vltus quoqz de articulis terminatis
per eccleſiã prout in decretis decretali
bus ꝛ ꝙſtitutionib⁹ noſtris prouincialib⁹: ſiue
locoꝝ ſinodalibus ꝙtinet̃ niſi ad habẽdũ ve
rũ intellectũ eorũdẽ publice aut occulte diſpu-
tare p̃ſumat: aut̃ auctoritatẽ eorũdẽ decretoꝝ
decretaliũ aut ꝙſtitutionũ ptãtẽ vel cõdentis ea
dẽ indubiũ reuocet aut ꝙtra determinationem
earũdẽ doceat ꝛ p̃ſertim circa ad orationẽ cru-
cis glorioſe imagines ſcõꝝ veneratione: ſeu
pegrinationes ad loca vel reliquias earũdem
Aut ꝙtra iuramẽta in vtroqz foro eccleſiaſti-
co vel tẽporali in caſibus ꝙſuetis ꝛ more ſolito
p̃ſtãda: ſed ab oĩbus deinceps cõiter doceat at-
qz p̃dicetur crucẽ ꝛ imaginem crucifixi: cetera

imagines scōz in ipsoꝝ honorē ꝛ memoriam quos figurāt ac in ipsoz loca ꝛ reliquias ꝓcessionibꝫ genuflectionibꝫ inclinationibꝫ thurificationibꝫ deoscultationibꝫ oblationibꝫ lūiarū accēsionibus ꝛ pegrinationibꝫ: necnon aliis q̄ buscūqz modis ꝛ formis q̄bus nr̄is ꝛ p̄decessorū nostroz tpibꝫ fieri ꝙsueuit Venerari debere Atqz uramēta tactis dei sacrosās euāgeliis ꝛ sup ipis casibꝫ a iure p̄missis ꝛ exp̄ssis ꝛ i vtroqz foro visitatis ab oībus quoz interesse legitime fore prestanda. Contrariū aūt asserēs docēs predicās aut ptinaciter innuens nisi resipiscat sub mō ꝛ forma alias p nos statutis abiuret Vt ibi cauetur penas heresis ꝛ relapsi in eūdē incurrat ꝛ pro tali ab oēm iuris effectuz sentencialiter declaretur.

Finaliter qr ipsa que de dono et insolite emergūt nouo ꝛ maturo indigēt auxilio. Et vbi magis piculū est ibi cauꝫ ē pui-

dēdū ⁊ fortius resistendū. Nec minus te minꝰ no bile discrete abscindit: vt qō nobiliꝰ esi ꝓfecti us nutriatur. Considerātes igitur ⁊ doleter re ferētes quomō alma vniuersitas Dyonie: q̄ sicut vitis habūdans palmites fructuosos ad honorē dei multiplicēq; perfectū ⁊ protectionē ecclesie sue diffundere ꝙsueuit iam ptim ver sa in labruscas vuas acerbas gignit: Quibus comestis indiscrete a patribꝰ in lege vic; dei re putātibus se ꝓpitos dētes obstupescūt filiouq; nostraq; prouicia vaniſq; infructuosis doctri nis inficit: ac nouo ⁊ dānabili lollardie nomie maculatur in ipius vniuersitatis scādalū nō modicū ad ꝑtes extraneas ⁊ remotas existen ciū ⁊ proficiencū in eadē ꝑ maximū tedū ne non ⁊ ecclesie anglicane q̄ ꝑ virtuosam doctri nam eiusdē tanq̄ muro inexpugnabili defen di solebat iam scissis ⁊ diuisis lapidibus nisi celerius occurrat ſcdm verisimile irrecupabile

sequitur damnū. ¶ Ad supplicationē igit̄ pro curato⁹ totius clere nostre Cantuarien. pro⁊ uincie cōsensu ⁊ assensu omniū fratrū ⁊ suf⁊ fraganeo⁹ nostro⁹ ⁊ aliorū prelatoru⁊ in hac cleri cōuocatiōe p̄sentiū ⁊ procurato⁹ absenciu⁊ ne purgato riuolo maḡat fons infect⁹ ⁊ aquā ab eo currētē nō sinat esse clarā Volētes hono ri ⁊ vtilitati sc̄e matris ecclesie ⁊ vniuersitati predicti salubriter p̄uidere. Statuim⁹ ⁊ ordi⁊ nam⁹ q̄p quilibet gardian⁹ ⁊ preposit⁹ seu en⁊ stos collegii aut principalis aule vel introitus cuiuscūq⁊ vniuersitatis semel singulis mensi bus ad min⁹ inq̄rat diligēter in collegio aula vel introitu hm̄oi cui preest. An aliquis scola⁊ ris siue habitās in collegio siue in aula siue in introitu hm̄oi aliquā cōclusionē siue propositi onem aut opinionē in fide catholica aut bonis moīb⁹ male sonantē: aut ḡra determinatōe⁊ ecclesie propter necessariā doctrinā suefacult a

tis asseruit tenuerit: defensauerit seu aliquo modo proposuerit. Et si aliquē sup hoc suspectū aut diffamatum reperiat ipm moueat effectualiter vt desistat. Et si post hac qtra admonicionē hmōi iterato eadē vel ꝯsimilia reassumat p̄ter penas p nos alias statutas maiores excōicatiōis sniās incurrat ipso facto ⁊ nihilominus si scolaris fuerit q̄ sic reassūpserit q̄cq̄d ex tūc in eadem vniuersitate fecerit nō stet sibi pro forma. Et si doctor iuris vel bacularius fuerit eoipso ab omni actu scolastico sit suspēsus: ⁊ in vtroq; casu ius qd̄ habet i eodē collegio aula siue introitu admittat ipso facto ⁊ p ipsos gardianos custodes siue ꝓpositos prima pales siue alios ad quos hoc spectat realiter expellat: ⁊ statim vn⁹ legitime substituat catholicus loco suo. Et si ipsi gardiani prepositi seu custodes collegioꝝ aut principales aulaꝝ siue introitū nō in q̄bus degūt hmōi psone su-

ſpecte detecte aut diffamate negligẽtes fuerit
circa inq̃ſitiões aut executiões p̃dictor̃ p̃ decez
dies cõtinuos a notitie tempore vere vel preſũ
ptiue publicatiõis pficiũ eo ipſo ſentencia ma
ioris excõicatiõis incurrãt. Et nihilomin⁹ oĩũ
iure qđ in ipſis collegiis aulis ſiue introitibus
ſe habere pretendũt ipſo facto ſint priuati ⁊ col
legia aule vel introit⁹ effectualiter vacent. Et
facta ſup hoc legitima declaratione per ipſos
quor̃ intereſt nouꝰ ſubſtituãtur gardiani cu-
ſtodes prepoſiti ſiue principales prout ſecundũ
antiq̃ũ morẽ vniuerſitatis predicte vacãtib⁹
collegiis aulis: ſiue introitibus fieri ꝙſueuit.
Ndũm ipi cuſtodes p̃poſiti gardiani ſiue princi
pales predi de ⁊ ſup hmõi ꝙcluſiõibus aut p̃
poſitiõibus diffamati ſuſpecti vel fuerit aut de
tecti ſeu defenſores p̃tectores aut fautores eo-
rũdẽ ſi p̃ nos aut auctor̃ nr̃a vel p̃ loci ordia-
rii vel auct⁹ ſua monitu nõ deſiſtant ep tũ

omni priuilegio eccleſiaſtice Vniuerſitatis p̃dicte ꝛ iure qđ ſibi cõpetebat in hm̃oi collegio aula ſue introitu p̃ter alias penas: de quib⁹ ſupradictũ eſt ipſo iure priuẽtur ꝛ ſniam inſuper maioris excõmunicationis p̃dictã incurrant. Qđ ſi quis aliquo caſu p̃ſentis Vltime conſtitutionis alio Ve quocũq; ſupius expreſſato. Statuta noſtra hm̃oi in aliqua ſui pte etiam ſi pena alia expreſſe ibidem limitat temere et ptinaciter Violare preſũpſerit: eoipo ad quodcũq; beneficiũ eccleſiaſticũ in noſtra Cantuarien. prouincia obtinendũ p triennium ex tunc abſq; ſpe Venie reddat inhabilis ꝛ oĩno indignus: nihilomin⁹ iuxta ſingula ſua demerita ꝛ qualitatẽ excеſſus ſcđm ſui ſupioris diſcretionem canonice puniat.

AD hec ne in modo p̃cedendi circa premiſſa Vagare Videant ſub incerto. Aduertẽtes q̃ licet inter crimẽ hereſis ꝛ leſe maie

statis in legib⁹ diuersis quedā paritas reputa tur: est tñ difficilis culpa penāq; exigit grauio rē diuinā ꝙ humanā offendere maiestatem.

¶ Cū igitur crimē lese maiestatis ꝓpter perí cula que ex dilatiōe poterūt immmere sufficit cōuincere p iudicia ꝓdiq; poterit ꝙra eū sū= marie ⁊ de plano ac citatione ꝑmissa p nūciuz per litteras siue p edictū ⁊ lite nō ꝙestata ad re ceptionē testiū ⁊ diffinitiuā sniam. Volumus ordinamus ⁊ declaram⁹ ad faciliorē punitio= nē delinquenciū in ꝑmissis ⁊ reformationez saissure ecclesie ex hoc lese ꝙ diffamati detecti: siue pronūciati siue de hmēter suspecti in ali quo casuū predictoꝝ siue aliquo articulo quo aīq; in fide catholica aut bonis moribꝰ male sonātes. Auctoritate loci ordinarii alterius de superioris citent ꝑsonaliter si cōprehendi potue= runt per litteras siue per nūciū iuratum. Sin aūt per edictū ad locuz habitationis ipꝰ delin=

quentis vbi morari cõiter ꝙsueuit ꝛ in ecclesia sua parochiali si certũ habuerit domicilium publice propositũ. Alioqn in ecclesia cathedrali loci originis sue ꝛ in ecclesia parochiali illius loci in quo fuerit predicauerũt ꝛ docuerũt: ac recepto certificatorio legitio de citatione hmõi exequta ꝙtra sic citatũ etiã absentẽ ꝛ cõpere negligentem in penã ꝙtumacie sue hmõi sumarie ꝛ de plano absqz strepitu ꝛ figura iudicii ac lite nõ ꝙtestata ad testiũ receptionẽ ꝛ alias ꝓbationes canonicas procedat: habita quoqz informatione remota sentẽciet ꝛ declaret: puniet quoqz secũdũ qualitatẽ delicti modo ꝛ forma superius expressatis: vlteriusqz faciet qđ est iustũ ipius ꝙtumacis absencia nõ obstante.

De apostatis

Preterea sũt nõnulli quos apparet per facti euidenciã seculũ intendere ppe-

tuo relinquere ꝛ per certa iudicia in clausti ep
cubus velle suo toto tẽpore dño militare. Qui
tñ preualente in eas carnali desiderio redeũt
ad vomitũ seculum repetẽtes inter sydera er-
rancia computãdi. Quãuis igitur iura mani-
feste diffiniãt hmõi non posse religionis habi-
tñ oĩno deserere q̃ saltẽ in religione aliq̃ perpe
tuo maneãt lapioti: Quidam tamẽ attriti frõ
tis audacia apostasis infamiam non veren-
tes postq̃ absolute se velle seculum relinque
re ostenderunt: relicta hierosolyma redeunt in
egyptum.

¶ Quo circa statuimus vt ordinarii locorum
tales cum omni diligencia inuestigent: ꝛ per
subtractionem tam offi cii q̃ beneficii eccle sia
stici si quod habeant ad statum pristinum re-
uocent vel ad lapiorem cogant regulam eos
pertransire.

¶ Mõ si sint hmõi apostate laici vt ipi ad salutem sue studia redeant per censuram ecclesiasticam cõpellantur. Hanc ordinationẽ ad illos nõ extendimus cuz q̃bus sedes apostolica aliter ordinauit.

De his qui filios occidunt.

Hemine cõmoneãt vt pueros suos caute alant q̃ iuxta se de nocte nõ collocẽt teneros ne opprimant. Solos in domib⁹ vbi ignis fuerit vel solos iuxta aquã sine custode nõ relinquãt. Et hoc omni die dñico eis dicat.

De homicidio.

Si mulier mortua fuerit in partu et de hoc bene q̃siterit scindat si infans viuere credatur: p̃curato tñ q̃ os mulieris apertum teneatur.

Acta prouisione q̃silii statutũ ẽ q̃ si patroni vel aduocati aut feudarii seu vicem gerens alicuius dñi rectorem ecclesie vica

riū vel clericū ipius ecclesie per se vel p alios occidere ausu temerario ꝛ nephario p̄sumpse-rint patroni patronatū aduocati aduocaciam feudatarii feudū vicedomini vicedominatū pro-sus admittāt ꝛ posteritas talium in clericoꝝ collegiū vsq; ad quartā generationē nullate-nus assumant nec in regularib⁹ domib⁹ alicui⁹ prelacie assequant honorem: ꝛ hoc volu-mus in ecclesia sepi⁹ denūciari.

De furtis.

p Prohibem⁹ sub interminatione anathematis ne hȝ latrones ad latrocinium faciendū in seruicio suo retineat: nec eos i terris suis saenter habitare permittat.

De clerico venatore.

Statuim⁹ q̄ si quis cleric⁹ de transgressiōe foreſci seu parci alicui⁹ diffamat⁹ fuerit ꝛ cōuictus legitime fuit coram ordinario suo vel ꝙfessus idem p̄ suū dioceſanū: si bona

habeat pro qualitate trāsgressionis grauiter redimatur: & illi cui dānū vel iniuria ē illatū vel noua hmōi redēptio assigneť. Si aūt nō habeat bona su⁹ eps ipm̄ ꝓut culpa poposcerit grauiter puniat in ꝑsona ne propter impunitatis fiduciā pateat presumptoribus licēcia delinquendi.

De eo q̄ furtiue ordines susceperint

QVam secūdum doctores & theologos milicia clericalis septē numerať ordinib⁹ singulor̄ caracteribus in aia cōsignatis ꝑ singulos & recipiēs augmētū gratie vbi ordinati furtiue ordinē recipiāt se crimine irretiti exped̄it plurimū ipos ordines minime recipere inculcatos q̄n̄ inculcatio reuerenciā minuit: et gratiā ꝑ ꝯsequēs que ꝑ irreuerencia⁹ repcutit ab ingratis. Contra dignitatē igit̄ tā reuerendissimi sacrāmēti fore dinoscit oīne sacramentū vbi⁹ q̄n̄ simul quatuor minores ordines so-

lent nō ſacros cū vno ſacro alicui vni hoīm exhiberi. Vnde in nōnullis aliis prouinciis quatuor minores ordines nō ſimul facilitet conferūtur vt aſcendētes clerici ad xpi myſteria q̄ſi cantici gradui continētes cū probati extiterit in minoribꝰ officiis deīde gradati ꝓficiant ad maiora. Quigit ex ſingulis eccleſiis q̄ pia q̄ religioſa queq; honeſtiora ſunt eligere ea tanq̄ faſciculū i angulox mētibꝰ colligare p̄cipimus vt epi in his ſequātur canonicas ſanctiones. Minores etiā ordines q̄n id pōt fieri bono modo p ſacrameti reuerencia dētur ſaltez aliquocies ꝙbinati ſeu ſublimitati q̄ recipientes eos ſimul ſeu ſingillatim in vulgari lingua publice inſtruant de diſtinctione ordinum officiox q̄ caractox ac de ꝓfectu gratie q̄ in ſingulis ordinibus continetur q̄ digne accētibus augmentatur.

De exceſſibꝰ prelatoū.

